



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomus ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fasciculus Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super  
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

Actus Fidei

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

Septimò, duo sunt principia vitæ nostræ regulativa, scilicet naturalis, & lex Divina: duci nolo principio falli, sed à secundo infallibili, quod est Divina Providètia, gubernari exopto, eique me totum resigno.

Octavò, O Domine Jesu Christe, si vis me mori, ea me precorissimum: *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum: neque unico temporis momento supervivere cupio, siquidem tuâ non concurrente voluntate extremam vitam experire perditionem & ruinam.*

*Actus Fidei.*

Primò, certam ac indubitatam adhibeo fidem omnibus illis, quæ Deus revelavit sanctis Apostolis & Prophetis: quia est prima veritas, nempe, veracissimus; & quia est infinita Sapientia, non potest falli & decipi; & quia est infinita Bonitas, fallere ac decipere non potest.

*Varij modi exercendi Actus Fidei.*

Secundò, credo totum id, quod credit & tenet sancta Ecclesia Catholica Romana.

Tertio, credo omni veritati supernaturali, cunctisque articulis nostræ sanctæ Fidei, qui continentur in Symbolo Apostolorum.

Quartò, credo ineffabile mysterium sanctissimæ Trinitatis, Patrem, Filium & Spiritum sanctum, tres Personas & unum solum Deum.

Quintò, credo sacrosanctum Mysterium sanctissimæ Incarnationis Christi Jesu veri Hominis, & veri Dei, duas naturas in unâ personâ, & unam personam in duabus naturis.

Sextò, credo Christum Jesum natum ex Maria Virgine, pro nobis crucifixum & mortuum, & resuscitatum sedere ad dexteram Patris, quem expectamus ut Judicem universalem judicaturum vivos ac mortuos.

Septimò, credo futuram aliam superesse vitam, in qua iustis dabitur præmium, injustis verò pœna eterna.

Hæc est fides mea, in quâ mori volo, & precor Deum, *ut augeat mihi fidem.*